

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

legem dei puerulus obseruabat. **Q**um vero factus
fuisset vir accepit annam uxorem de tribu sua genuitque
ex ea filium nomen suum imponens ei quem ab infanzia
timere deum docuit et abstinere ab omni peccato. Igitur cum
per captiuitatem deuenisset cum uxore sua et filio in ciui-
tatem niuuen cum omni tribu sua et omnes exierent ex cubis
gentilium iste custodiuit animas suas et nunquam contaminatus
est in escis eorum. **E**t quoniam memor fuit domini in toto
corde suo dedit illi deus gratiam in conspectu Salmanasar
regis et dedit ei potestatem quodcumque uellet ire habens liber-
tatem quecumque facere uoluisset. **P**ergebat enim pro omnibus
qui erant in captiuitate et monita salutis dabat eis.
Cum autem uenisset in rages ciuitatem medorum et ex his
quibus honoratus fuerat a rege habuisset decem talenta ar-
genti et cum multa turba generis sui gabelum egente
iudicaret qui erat ex tribu eius sub cyrographo dedit illi
memoratum pondus argenti. **P**ost multum uero tempus
mortuo Salmanasar rege cum regnaret Senacherib filius
eius pro eo et filios israel exiilos haberet in conspectu
suo. **T**hobias pergebat per omnem cognationem suam et conso-
labatur eos diuidebat unicuique prout poterat de facultatibus
suis. **A**surientes alebat nudisque uelimenta
prebebat et mortuis atque occisis sepultura sollicitus ex-
hibebat. Denique cum reuersus esset rex Senacherib fugi-
ens a iudea plagam quam circa eum deus fecerat propter
blasphemiam suam et iratus multos occideret ex filiis
israel. **T**hobias sepeliebat corpora eorum. **A**t ibi nunciatum
est regi iussit eum occidi et tulit omnem substantiam eius.
Thobias uero cum filio suo et cum uxore sua fugiens
nudus latuit quia multi diligebant eum. **P**ost dies
uero quadraginta quinque occiderunt regem filii ipsius
et reuersus est thobias ad domum suam omniumque facultas
eius restituta est ei. Contigit autem ut quadam die fati-
gatus a sepultura ueniens domum iactasset se iuxta pa-
rietem et dormisset. **E**t ex nido hirundinis dor-
mienti sibi calida stercora insiderent super oculos eius
fieretque cecus. **H**anc autem temptacionem ideo dominus pro-
misit euenire illi ut posteris daretur exemplum pa-
cencie eius sicut et sancti iob. **N**am cum ab infan-
cia sua semper deum timeat et mandata eius cu-